



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 44. Equitum comitia Gandavi a Philippo II. celebrata, nec non Margarita Parmensis in Belgii Gubernatricem nominata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.

A.C. 1559.

§. XLIV.

Equitum comitia Gandavi a Philippo II. celebrata, necnon Margarita Parmensis in Belgii Gubernatricem nominata.

*Thuan. l. c.
Strada de
bello Belgico.*

Cum Philippi II. Hispaniæ Regis præsentia haud amplius in Belgio necessaria videretur, inde in Hispaniam reverti, ibidemque firmam sedem figere statuit: igitur primo Gandavum delatus ibidem Equitum aurei velleris comitia celebravit, atque inter ceteros præprimis Equites creabat Mantuanum, & Urbinatensem Duces: Ordinis vero insigne Guilielmo Croyo Renticæ Marchioni, Philippo Ligniensi Comiti, Balduino Lanoyo aliisque tradebat: rursus quoque aurei velleris Ordini inscripserat Octavium Parmæ Ducem, eoquod hic in priori bello illius insigne deposuisset, ut illud Ordinis S. Michaelis accipere valeret. Præterea Philippus Margaritam sororem suam, ac Parmensem Ducissam eo duntaxat fine ex Italia in Belgium evocabat, ut illius regimen eisdem committeret. Verum hujus electionem ægerrime ferebant Orangius Princeps, & Egemontius Comes, qui ambo ad hanc dignitatem adspirabant: attamen magis adhuc eorum indignatio exinde augebatur, quod Philippus regi-

regiminis focium Margaritæ adjecerit Sæcul. XVI.
A.C. 1559.
 Perrenotum Granvellanum Atrebatensem Episcopum, cui ambo infensi erant, ac vicissim ab eo parvi pendebantur. Nihilominus Rex rebus ita dispositis mense septembri Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo nono in Hispaniam maritimo itinere contendit: ast Laredum prætervectus tam sæva tempestate agitabatur, ut ipse vix portum attingeret: classis vero suæ prætoria navis pretiosa suppellectili onusta aquis submergeretur, ceteræ vero omnes aut disruptæ, aut dissipatæ perirent, excepto illo, quo ipse vehebatur, navigio, quod tamen malo, velisque destitutum adeo dilaceratum fuerat, ut haud amplius usui esse posset.

§. XLV.

*Philippus Rex sævam tempestatem elu-
 ludatus, atque in Hispaniam
 delatus.*

Nihilominus Philippus Rex tandem Strada l. c.
Beicar. l. c.
 ad Hispaniæ oras delatus die vigesima
 quarta septembris Hispalim pervenit,
 ubi primas, præcipuasque curas suas uni-
 ce eo intendit, ut Hispaniæ Regnum
 ab hæresibus recens natis expurgaret,
 ac Lutheri sectam inde penitus elimina-
 ret, hoc suo zelo summas Deo grates
 pro